MASTER NEGATIVE
NO. 93-81641-9

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

SCHMIDT, KARL

TITLE:

RACEMATIONUM EURIPIDEARUM...

PLACE:

BIELEFELD

DATE:

1834

Master Negative #
93-81641-9

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88EE
Sch5

Schmidt, Karl, d. 1870.
Racemationum Euripidearum particula prima, praefatus est Carolus Schmidt ... Bielefeld, Küster, 1834.
23 p. 22½ cm.

At head of title: Jahresbericht über das Gymnasium in Bielefeld ...

Re

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35MM REDUCTION RATIO: 12X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 10-593 INITIALS JAMES
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN ENTRY: Schmidt, Karl
Racemationum Euripidearum particula prima...

Bibliographic Irregularities in the Original Document
List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

_____ Page(s) missing/not available: _____

_____ Volumes(s) missing/not available: _____

_____ Illegible and/or damaged page(s): _____

_____ Page(s) or volumes(s) misnumbered: _____

_____ Bound out of sequence: _____

_____ Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: _____
BEST COPY AVAILABLE

✓ Other: Water Spots throughout book

BEST COPY AVAILABLE


AIIM
Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202
Centimeter
Inches
mm
MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Raeerrtianum Euripi
deel m

88EE
Sch 5

88EE Sch5

Columbia University
in the City of New York
Library

BOUGHT FROM
THE
Henry Drisler
Classical Fund
1895

Rudolf Prinz
1870.

(Ex O. Jahnii libris)

2462/1 Excellenz dem Herrn Oberpräsidenten
77
COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARY

Jahresbericht

über das

Gymnasium in Bielefeld,

im

Schuljahre von Michaelis 1833 bis Michaelis 1834,

womit

zu der auf den 29sten und 30sten September

festgesetzten

öffentlichen Prüfung und Redeübung

der Zöglinge dieser Anstalt

ergebenst einladet

Aug. Krönig,
Professor und Director des Gymnasiums.

Racemationum Euripidearum particula prima
praefatus est
Carolus Schmidt Dr.

Bielefeld, 1834.
Gedruckt bei dem Buchdrucker Küster.

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARY

Corrigenda et addenda.

P. 1. v. 1. inf. pro noviate lege novitate.

ad quaestionem de accentu in verbis πάλαι ποτ' ἐστί inde a pag. 4 institutam hos addendos etiam habeo locos, Homer. Il. ν, 8: ἀθανάτων τιν'. Sophocl. Aj. 889 & 1049 H. τίνος πότ', ζῶν πότ'.

P. 5. v. 13 inf. pro ἐγκεκλιμένος lege ——μένους.

— v. 8 inf. pro Reisigus — Reisigius.

— v. 2 sup. pro Ἀργους — Ἄργους.

Si quid praeterea curam meam praeterierit, condonabitur, spero, justis caussis, quas referre nil interest lecturorum.

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARY

Racemationum Euripidearum

Particula prima.

„O curas hominum! o quantum est in rebus inane,
Quamque nihil praeter somnum praeterque canina
Otia jucundum ludi gratumque magistro!
Gaudia nam sola haec probat exitus. Haec ego mecum
Sub matutina reputo lodice repostus
Multo sive hora prima seu mane secunda,
Sive ea tertia erat, nam certum dicere non est,
Grammaticasque diu tenui meditatus opella
Nugas nescio quas, dicenda tacendaque juxta,
Nam bona me somno vitaeque Canicula inerti
Traduxit,

Quum ecce! subito magna me voce attonitum sic increpuit Juppiter meus capiti astans, „Heus, heus tu, inquit, expergiscere, Faberi! Quid agis, segnissime rerum?“ Hic tum ego mirabundus quid me vellet tam mane Juppiter meus, simulque perterritus summissa voce

„Ferior hic, inquam, ipse vides hominumque deumque
Juppiter, alte parens, veneratus numina vestra,
Otia nam vobis debemus cuncta magistri,
Ferior hic pacique et somno deditus alto,“

At enim male, inquit Juppiter meus, feriaris, namque non somno nunc sed scriptioni tibi erat studendum. Igitur surge illico ac sume tabulas. — Tum ego oculos perfricare, nasum auresque vellicare, toto toro membra versare (nam prae mira rei noviate

269000

dormito etiamnum mihi videbar et de Jove deque scriptione somniare), et denique ex somnis prorsus surgere. — Quid ais, Pater? Ut scribas. Quid autem scribam? Scribito programma. — Per ego te tuum ipsius oro obtestorque numen, Juppiter, mene scribere programma? Te ipsum, ait ille. Quid enim, pergebat tum, quum ego aliquantisper perterrefactus conticuissem, cunctaris, o bone? Vos omnes, docti indoctique, jam scribitis innumerabilia quotannis programmata, neque aedepol ego, ex quo primum tempore hujus rerum universitatis imperium suscepi, quicquam vidi unquam in terris inventum melius, utilius, praestantius, quam scribere programmata. — Tum ego, libens, inquam, haec omnia concedo, Juppiter. Tu vero nescire mihi videris, quid sit programma scribere, quamque docti sint hodie, quibus talia scribuntur, ut non quaevis possint impune edi publice. Ille vero subiratus, noli, inquit, quiritari amplius, sed aut scribe jam, aut, per meum caput, male tibi erit. Ibi ego, quamvis divinae irae metu perculsus maxime, tamen Da veniam, inquam, Deus misero homunculo, si quid etiamnunc audeo libere obloqui. Nam male potius mihi erit, si tuo jussu scribam, atque levius videtur damnum, in tuas quam in rigidorum censorum incidere manus. Quidnam proscribam? feriasne has, an nos, an vos, an quid tandem? Nescis, hic mihi deesse ad scribendum, quod quidem hac opportunitate et te ipso suasore dignum sit, et otium et res et supellectilem literariam? Nescis, me diu jam Juvenalis Zimmermannique nostrorum, quorum utrique ex his tribus ferme annis operam meam qualemcunque promisi, spes fefellisse? Quare parce, precor, parce his, quoquoversus spectes, omnium rerum mearum angustiis, nam, mihi crede, Pater, hae scholae nostrae vere jam dicuntur gymnasia et palaestrae. (Hoc autem tibi, Jovi, soli dico.) Tum ille lenius quidem et precibus meis commodior paulo, sed dixit tamen, Nil agis, scribendum est enim. Atqui, tum ego, si ita tibi videtur, scribo jam, sed, ut dicebam, te sponsore et patrono opus mihi erit, si quid importunius scripsisse dicar, nam nove quae scribam, tempus non suppetit justum, quaeque vetera in scriniis meis latent, quisquiliae fortasse videbuntur multis, quum, ut breviter dicam, quod volo, mea tantum unius, non centenorum, quorum ossa multis jam seculis terra texit, doctorum fercula sim positurus. Sed spondesne? Spondeo.

Haec dum scribo celeriter, Deus aliquamdiu conclavis mei plurima ipsi ignota et longis demum istis seculis, quibus hasce terras non reviserat amplius, nove vel inventa vel scripta studiose perscrutatus taciteque, ut per speculum obliquum animadvertebam, miratus omnia denique iterum ad me accessit lectisque, quae scripseram, „Quorsum, inquit, hae tantae praefationis ambages? Quis leget haec? scis, quomodo pergit Persius. — Ego vero Persii „vel neminem vel duos“ nil veritus, Quorsum haec velint, quaeris mi Deus? Scilicet ut jussus scriberem tandem, nisi forte tu, quem catum deum praedicant poetae veracissimi, aliud quid suspicaris. Noli mirari, nosti nos, philologi sumus, verbosum genus, quando semel scribimus. Frustrane scriberem? — Subridens tum ille, Audio, inquit, sed jam recta ad rem perge. — Meministi ergo, Juppiter, inquam ego,

Euripidis Heraclidarum. — Memini. — Haec fabula etiam post subtiles eruditosque multorum labores non jam prorsus eum mihi videtur nitorem recepisse, quo eam consentaneum est primitus Euripidem docuisse. Ac quoniam immortali tuo me mortalem visu colloquioque tam diu es dignatus, spero fore, ut propitius idem mihi sis affuturus memoriaque tua veteri probaque adjuturus (ipse enim quondam gavisus, opinor, spectavisti) in iis locis aut aliter explicandis aut etiam emendandis, quorum intelligentiam minus mihi videntur habere, qui hanc fabulam hucusque tractaverunt. Ostendam. Sed quid est? quid taces? marmoreusne subito es factus denuo? — Respicio, nam prone me ad sellam steterat, sed horribile dictu! nusquam video; in tenues subito evanuerat auras. Pro dolor! Quae pie ab Jove secundum veterem religionem orsus eram, jam sine Jove, lecturi, si lecturi erunt, sed utinam ne sine Minerva certe perficienda sunt. —

Jam vero, ut tandem a re leviori incipiam, in primo versu fabulae, qui sic est vulgo:

Πάλαι ποτ' ἐστὶ τοῦτ' ἐμοὶ δεδογμένον,

id est vernacule:

Seit manchem Jahre nun ſchon hab' ich das erkannt,

non possum ego a me impetrare, ut Blomfieldio Matthiaeoque accedam ex Stobaeo τοῦτό μοι pro vulgari τοῦτ' ἐμοὶ suadentibus. Nam non ex oppositione sola vocibus vis aliqua major potest accedere, sed aliis etiam de caussis sive grammaticis sive rhetoricis. Atque hoc quidem loco quid sit, si validius pronomen ἐμοὶ propter exordii generalisque sententiae gravitatem si minus necessario postulari at satis tamen defendi fulcirique contendo, omni verborum explicationisque pompa dilucidius, credo, docebit interpretatio latina:

Istuc diu percipio ego certissimum,

ubi et potest omitti sane pronomen, nec vero falso additur. Non possunt autem nimis discipuli ad accuratam diligentiam etiam in rebus minutissimis, si sunt minutae, assuefieri, quantumvis aliter videatur nunc potissimum (nam supra modum sapiens haec aetas sibi videtur) mille scholarum nostrarum sanaeque in docendo rationis cavillatoribus non minus fructuosae tota vita institutionis puerilis an dicam juvenilis quam rerum imperitis. Sic infra 1053 (Matth. 1048) recte Elmslejus reliquit quidem librorum lectionem ταῦτα δοκεῖ μοι, sed infirme defendit adversus Heathium cum Aemilio Porto ταὐτά postulantem. Nam non duobus exemplis, ex Aristoph. Eccles. 658:

κἀγὼ ταύτην γνώμην εἶδέμην

ad quem locum minus feliciter accommodavit Sophocl. Philoct. 1448 (1434 Herm.) exhibendo κἀγὼ γνώμην ταύτην τίθεμαι, non exemplis, inquam, istis res conficitur sed argumento. Illa enim exempla ab hoc Heraclidarum loco prorsus aliena sunt vel propterea, quod in illis καὶ particula addita rem reddit omnino diversam. Enimvero ταῦτα hic non ταὐτά esse debet, quia, si ταὐτά esset, ἐμοί non μοί esse deberet. Atque recte sic L. Din-

dorfius in Bacchis v. 189 (Herm. 186) ταὐτά μοι πάσχεις ἄρα, quod vel Elmslejus et Hermannus neglexerant, in haec: ταὔτ' ἐμοὶ πάσχεις ἄρα mutavit. Sed scilicet argumentis Elmslejus, ut ait ipse, minus et regi se patiebatur aliorum et validus erat ipse.

De accentu denique in verbis πάλαι ποτ' ἐστί adjicienda sunt nonnulla, Male enim Dindorfius edidit πάλαι πότ' ἐστί, quamvis Hermannus de emend. rat. Gr. gr. p. 67 et ad Sophocl. Electr. 532 et Buttmannus additamento ad §. 30. not. 1. p. 125. part. II. p. 393 ejus regulae sint auctores. Atque Hermannus quidem id fecit motus graeci alicujus Grammatici auctoritate. Verum enim vero, ut Graecus ille diceret, quod eum dicere credunt, ne graecis quidem grammaticis in his rebus recte semper fides habetur omnibus, quum, quantum recentiores potissimum de sua opinione in his novaverint, notum sit inter doctos. Sed non dicit ille aliud quicquam, quam verum est, de quo post videbimus. Quod autem Buttmannus οὕτω πότ' ἦν, Ἄιδης τίν' ἵμερον scribendum ait ideo, quod vocum encliticarum accentus ad praecedentes voces debeat accedere proxime, id vero pernego. Quando enim, quaeso, enclitica propius ad praecedens vocabulum accedit, utrum, quum accentu insignita suo stat jure, an, quum eodem privata ea ipsa de caussa non sui est potens vocula amplius, sed quasi pars ad praecedentem vocem recidit? Possum plura alia his opponere, sed nolo longus esse in re, quam etiam breviter posse demonstrari confido. Verum tamen, ut ordine meam de hac quaestione explicem sententiam, praeter eos locos, in quibus diversa est caussa, de quibus infra dicetur, duos separo usus, alterum, quum enclitica in medio est posita versu, alterum, quum ab initio vel versus vel sententiae. Sic enim recte sane illos praecipere credo; ut est apud Homerum in Odyssea ξ, 99:

οὔτ' αὐτῆς Ἰθάκης, εὖτε ξυνείκοσι φωτῶν
ἔστ' ἄφενος τοσσοῦτον·

ut est apud Sophoclem in Oedipo Rege 1078 H:

οὐκ ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι
πότ' ἄλλος

(recte enim mihi hunc locum contra Elmslejum Hermannus ad Aj. 965 tueri videtur), ut est apud eundem Antigona 234:

τέλος γε μέντοι δεῦρ' ἐνίκησεν μολεῖν
σοί.

et iterum Oedipo Rege 545:

λέγειν σὺ δεινός· μανθάνειν δ' ἐγὼ κακὸς
σοῦ.

Quae quidem non omnia unius per se esse generis scio, at in hac tamen caussa omnia una eademque tenentur lege; in his enim regulas grammaticas non sua sed orationis caussa sensusque inventas orationis oportet cedere necessitatibus. Ubi vero enclitica

in media est sententia, ibi, nisi si alia adest caussa, nihil ego possum excogitare, quod de ista Hermanni mutatione persuadeat. Sed in iis exemplis, quae jam afferam, non est diffitendum sane, hic illic etiam priores nonnullas editiones, quantum has mihi licuit comparare, consentire. In Ajace Sophoclis edidit Herm. 1239:

ἄλλον τίν' ἄξεις ἄνδρα δεῦρ' ἐλεύθερον.

in ejusdem Oedipo Col. 220 etiam Reisigius et Elmslejus habent:

Λαΐου ἴστε τίν';

In Oedipo R. 557:

πόσον τίν' ἤδη

Sed apud Homerum Il. ε, 827 Wolfius habet:

μήτε τιν' ἄλλον

et G. Dindorfius in Aristophanis Pace 827:

ἄλλον τιν'

In Euripidis Alcest. 499 M.:

πράσσω τίν'

In ejusdem Medea 241 (Pors. 248. M. 249.) Porsonus et Matthiaeus habent φίλον τιν', Elmslejus vero, qui constare sibi videtur in his quoque φίλων τίν' In Phoenissis 717 Matthiaeus quoque habet

ἔχει τίν' ὄγκον.

Apud Platonem Jone Nitzschius p. 31 habet ἤδη τιν', Critone Wolfius p. 95: ἔστι ποτ' ἐστί. Idem apud Homerum Il. ι, 355: ἔνθα ποτ'. α, 226, 490 sq. β, 202, ε, 701: οὔτε ποτ' et alias. In Sophocle Hermannus Ajace 1121:

ἤδη πότ' εἶδον ἄνδρ' ἐγὼ γλώσσῃ θρασύν.

idemque ibidem vs. 1253:

ἐρκέων πόθ' ὑμᾶς οὗτος ἐγκεκλημένος.

et rursum in Trachiniis 99:

πόθι μοι πόθι παῖς
ναίει πότ' ὦ λαμπρᾷ στεροπᾷ φλεγέθων.

In Oedipo R. 845: οὗτοι πότ', et vs. 376: βλάψαι πότ' ἄν. In Oedipo Col. 809 etiam Reisigus et Elmslejus habent:

φρένας πότ'

In Electra 952: τεύξει πότ', 1301: δείσῃς πότ'. Utrum ubique sibi constet Hermannus, propter temporis ad hanc scriptionem mihi concessi angustias non potui explorare locis omnibus vel certe plurimis, quod non infructuosum sane judico, in unum collectis. Interim ex Euripide haec addo, ex Bacchis 278, ubi cum Hermanno Matthiaeus Ἥρᾳ πόθ', sed Dindorfius ποθ', In Oresta 209 Porsonus habet

πόθεν ποτ' ἦλθον δεῦρο;

sed Matthiaeus ex Hermanni sententia πόθεν πότ', idem vero cum Porsono et Dindorfio in Medea 825 ἔνθα ποθ' ἁγνάς, Elmslejus ἔνθα πόθ', ibidemque 1330 iidem ἔτλη ποθ', et in Hercule fur. 1242 (Dind. 1271) ποίους ποτ', et in Electra vs. 1180: ἔφυ ποτ'. In Menandreis ex Athenaeo IV, p. 166 a. apud Meineckium p. 127 est:

καίτοι νέος ποτ' ἐγενόμην κἀγώ, γύναι.

Atque sic etiam G. Dindorfius in Athenaei l. l.

In Sophoclis Antigona 657:

ἐν τοῖς γὰρ οἰκείοισιν ὅστις ἔστ' ἀνὴρ
χρηστός·

Sed in Euripidis Electra 1312 Matthiaeus πόσις ἐστ' αὐτῇ. Seidlerus vero et Dindorfius ἔστ'. Atqui ex ista Buttmanni ratione debebunt etiam in Heraclidis 827 Elmsleji scribere:

νῦν τί'ν' ἀρκίσαι χρεών.

et similia similiter, quod nemo fecit. Equidem, quum in his rebus libri MSS. fere semper varient, sic statuo, ab iis regulis, quas vulgo sequimur, non esse recedendum, nisi ubi justa caussa possit afferri. Hic ergo quum plene sit πάλαι ποτέ ἔστι τοῦτ' ἐμοὶ δεδογμένον, contracte ex regula non potest aliter esse quam πάλαι ποτ' ἐστί' duabus de caussis, nam quum ποτέ neque nomen sit neque verbum, debet inde fieri πάλαι ποτ', quod vero deinde sequitur encliticum ἐστι', nil omnino mutat, quandoquidem ultima praecedentis vocis syllaba per elisionem dempta sequens enclitica accentum suum retinet, veluti πολλοὶ δ' εἰσίν, μηδ' οἵ apud Homerum Od. λ, 442. Recte vero scribitur Ἅιδης τίν' ἵμερον, ἄλλον τί'ν' ἄξιος, Λαΐου ἔστε τί'ν, Φίλον τί'ν', ὅστις ἔστ' ἀνήρ, πόσις ἔστ αὐτῇ et alia, quoniam hic encliticae vel nomina vel verba sunt. Namque ubi semel inclinatio est praepedita, ibi ne tum quidem restituitur, quum potest restitui per leges suas syllaba ultima apostropho remota, veluti πάντα ἐστί' non potest recipere inclinationem, ac πάντ' ἐστί' quum possit, non recipit tamen. Sic est apud Demosthenem Olynth. 1. T. IV. p. 23, 22 apud Bekkerum: μεγάλη γὰρ ῥοπὴ μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. Apud Theognidem 441 Bkk.:

Οὐδείς τοι πάντ' ἐστὶ πανάλβιος.

In Euripidis Medea 248 Elmsl. (Pors. 255. Matth. 256):

σοὶ μὲν πόλις δ' ἥδ' ἐστὶ καὶ πατρὸς δόμοι.

ibidemque 1336 sqq. M. 1359 sqq).:

Ἰάσ. σοὶ δὲ πάντ' ἐστὶν κακά.
Μήδ. οἶδ' οὐκέτ' εἰσί· τοῦτο γάρ σε δήξεται.
Ἰάσ. οἶδ' εἰσὶν, οἶμοι, σῷ κάρᾳ μιάστορες.

vid. Elmsl. ad vs. 248 & 1336. Eodem ergo modo in istis Ἅιδης τινά, ἄλλον τινά, ὅστις ἐστί', ἴστε τινά, φίλον τινά quum inclinatio sit impedita semel, non potest reduci propter

apostrophum, eaeque decurtatae voces encliticae non inclinationis sed vulgari accentus lege obstringuntur, id est, quando sunt vel nomina vel verba, accentum in priore syllaba reponunt, quando particulae, omittunt prorsus. Nec plus dicit Graecus ille, quem secutus est Hermannus, nam de ποτέ ille particula nil quicquam. Eo autem libentius pluribus de hac re exposui, quod accuratiora scire cupientibus egregia alioqui Buttmanni Grammatica hic non sufficit, quodque, ut vidimus, etiam gravissimi viri non certi satis sunt non alia de caussa, quam quia singularum rerum diversitates explorare interque se contendere omiserant, id quod sic ego volui facere. —

v. 21. sq. Elmslejus sic habet:

πόλιν προτεί'νων Ἄργος οὐ σμικρὰν φίλων,
ἔχθραν γε θέσθαι, χαὐτὸν εὐτυχοῦνθ' ἅμα.

Eodemque modo etiam Matthiaeus, nisi quod Elmslejanum comma post φίλων omisit. Dindorfius vero ex Musgravii Hermanno Matthiaeoque probata conjectura

πόλιν προτεί'νων Ἄργος, οὐ σμικρὰν φιλεῖν
ἔχθραν τε θέσθαι χαὐτὸν εὐτυχεῖνθ' ἅμα.

In eo ergo consentiunt omnes, quod Canteri illud προτείνων librorum omnium lectioni προτιμῶν (nam quod Flor. I. habet προτιμᾷν, reapse non discrepat) praeferunt. Mihi vero conjecturarum, nisi ubi sententiae numerorumve ratio imperiose flagitat, non amantissimo secus videtur. Nihil enim video, propter quod jure displiceat προτιμῶν. Imo haud scio an ne aptum quidem satis sit προτείνων, quippe in quo verbo fraudis aut saltim ambiguae incertaeque fidei notio inesse mihi videatur, ut est in latinis praetendere, praetexere, et in Electra Eurip. 1062 Seidl.

σκῆψιν προτεί'νους', ὡς ὑπὲρ τέκνου πόσιν
ἔκτεινας· οὐ γὰρ ὡς ἔγωγ', ἴσασιν εὖ.

Ac vellem illius usus exempla ex tragicis et Euripide maxime posuissent. Verum ut recte illud habeat, spectat tamen sic ad eas civitates, in quibus essent Heraclidae cum Jolao, ut hoc dicentem faciat Euripides Jolaum: „Ita Eurystheus eas civitates, in quas confugissemus nos, ad voluntatem suam perduxit, ut iis minitaretur, Argos esse potentem urbem et se felicem.“ Id quod ab hoc loco alienum ego crediderim. Mihi enim his Euripides non jam ad eventum minarum Eurysthei spectare videtur. Sed ut, quid ego de hoc loco sentiam, commonstrem, opus est totius loci nexum repetere:

φεύγομεν δ' ἀλώμενοι
ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἐξορίζοντες πόλιν.
πρὸς τοῖς γὰρ ἄλλοις καὶ τόδ' Εὐρυσθεὺς κακοῖς
ὕβρισμ' ἐς ἡμᾶς ἠξίωσεν ὑβρίσαι·

πέμπων ὅποι γῆς πυνθάνοιθ' ἱδρυμένους
κήρυκας ἐξαιτεῖ τε καξείργει χθονὸς
πόλιν προτιμῶν Ἄργος οὐ σμικρὰν φίλων
ἔχθραν γε θέσθαι, χαὐτὸν εὐτυχοῦνθ' ἅμα.
οἱ δ' ἀσθενῆ μὲν τἀπ' ἐμοῦ δεδορκότες
σμικροὺς δὲ τούσδε καὶ πατρὸς τητωμένους
τοὺς κρείσσονας σέβοντες ἐξείργουσι γῆς.

id est vernacule:

unstät irren wir umher
Aus einem Lande fliehend in das andere.
Denn unerweicht von unſrem andern Ungemach,
Das er uns angethan, ſcheut ſich Euryſtheus nicht,
Uns zu verfolgen noch mit übermüth'gem Haß;
Und wo er irgend nur uns aufgenommen ſieht,
Da ſchickt er ſeine Boten hin und fordert uns,
Weit über Alles ſchätzend ſeines Argos Macht
Dem Feind zu ſchaden, und ſein eigen Glück zugleich.
Die aber ſehend, daß ich ſchwach geworden bin,
Und dieſe klein und vaterlos, bequemen ſich
Den Mächtigern und treiben uns alsbald hinweg.

sive item latine:

profugimus nos exsules
ex alia in aliam civitatem denuo.
Namque ad labores audet hanc rex relicuos
injuriam odio jacere letali novam:
Ubicunque paulum constitisse nos videt,
repente mittit, inde qui nos auferant,
namque Argos urbem praepotentem civibus
hosti nocere, seque felicem aestimat.
Illique quum me destitutum viribus
Istosque parvos ac patre orbatos vident,
colunt potentes nosque pellunt finibus.

In qua sententia quid recte reprehendas nescio. Etenim Jolaus Eurystheum, praeterquam quod extorres Heraclidas seque fecerit et profugos inter peregrinos errare coëgerit, insuper etiam ὕβρισμα ὑβρίσαι accusat. Eaque injuria quae est? Scilicet invidiose non tantum insectatur Heraclidas, sed earum etiam civitatum violat jura, quas illorum traditionem postulare non dubitat, tamque immanem simul et superbum non alia de

caussa se gerit, quam Argorum, quibus dominatur, potentia suaque felicitate fretus ideoque in omnes omnia sibi uni licere ratus, προτιμῶν τήν τε Ἀργους δύναμιν καὶ αὐτοῦ εὐτυχίαν. Nec video, quomodo melius atque, id quod necessarium erat, ad persuadendum de Eurysthei morum atrocitate accommodatius dicere potuerit Euripides. Eodem prorsus modo προτιμᾷν scripsit Sophocles Trachiniis 719 H:

ζῆν γὰρ κακῶς κλύουσαν οὐκ ἀνασχετόν,
ἥτις προτιμᾷ μὴ κακὴ πεφυκέναι.

Scripsit etiam Aeschylus Eumenidibus 739 D.:

οὕτω γυναικὸς οὐ προτιμήσω μόρον
ἄνδρα κτανούσης δωμάτων ἐπίσκοπον.

id est," non maximi faciam." De usu hujus verbi satis usitati attico tragicoque hic illic pauxillum diverso consuli potest Valckenarii ad Eurip. Hippol. 43 observatio et Abreschii ad illum Eumenidum locum. Deinde vero cetera verba sic ego ordino, ut οὐ σμικρὰν φίλων eodem modo juncta dicam, quo πλούσιος φίλων, quod ut ipsum per se non habeo similium locorum auctoritate munitum, ita tamen tutissimum est analogia sive, ut cum Cicerone loquar, comparatione proportioneve aliorum consimilium vocabulorum, de quibus adeundi sunt Grammaticorum nostratium libri. Quoad dictionis formam conferendum est, quod legitur infra vs. 157 Elmslej.:

Ἄργους τοσόνδε χεῖρα.

Denique quid Elmslejum moveret, ut, si recte eum cepi, de infinitivi usu post adjectivum dubitaret, an non recte diceretur in tragico sermone, nescio. Nota haec, ut de iis exemplorum adminiculum adjicere non necessarium judicem. Ἐξαιτεῖ τε καξείργει autem explico per hendiadyn dictum, ut sit ergo idem, quod ἐξαιτεῖ ἐξείργειν ἡμᾶς, quem ad modum infra dicit Copreus vs. 258 E.:

Σὺ δ' ἐξόριζε, κἄτ' ἐκεῖθεν ἄζομεν.

Postremo vero recte ajo Dindorfium scripsisse χαὐτόν, male ceteros χαὐτόν, nam per crasin haec duo vocabula in unum coalescunt, in mediis autem vocabulis spiritus non scribitur, sed signo tantum crasis, coronide est opus.

vs. 64. οὔτοι βίᾳ γέ μ' οὐδὲ τούσδ' ἄξεις λαβών. „Vim particularum οὔτοι — γε in hoc versu melius Anglice quam latine explicare possum. Surely jou will not take us away by force," inquit Elmslejus. Qua in re non possum ego consentire cum Elmslejo. Sed in eo tamen laudandus est, quod οὔτοι — γε particulas intentatas reliquit secus atque popularis ejus Blomfieldius, qui quum has conjungi negasset, jure meritoque est reprehensus a Matthiaeo, qui recte etiam Reisigio oblocutus est corrigenti γ' ἔμ' pro vulgato γέ μ'. Si καίτοι — γε, μήτοι — γε, μέντοι — γε alia

recte conjunguntur, qui minus οὗτοι — γε? Sed non Euripides tantum, quem locum ad refutandum Blomfieldium Matthiaeus attulit, Electra 361 habet οὗτοι — γε:

καὶ μηδὲν ἀντείπητε παρὰ φίλου φίλοι
μολόντες ἀνδρός· καὶ γὰρ εἰ πένης ἔφυν,
οὔτοι τό γ' ἦθος δυσγενὲς παρέξομαι.

et καίτοι — γε ibidem vs. 1075 Seidl.:

καίτοι καλῶς γε σωφρονεῖν παρεῖχέ σοι.

sed idem in Medea etiam v. 44:

δεινὴ γάρ· οὗτοι ῥᾳδίως γε συμβαλὼν
ἔχθραν τις αὐτῇ καλλίνικον φέρεται.

et μήτοι — γε vs. 180 (175 Elmsl., quem vide in nota.):

μήτοι τό γ' ἐμὸν πρόθυμον
φίλοισιν ἀπίστω.

Plures Euripidis locos non habeo nunc in promptu, sed saepius Sophocles sic est locutus, veluti in Electra 135 H.:

ἀλλ' οὗτοι τόν γ' ἐξ Ἀΐδα
παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀν —
στάσεις·

et ibidem vs. 763:

Παιδ. μάτην ἄρ' ἡμεῖς, ὡς ἔοικεν, ἥκομεν.
Κλυταιμν. οὗτοι μάτην γε.

et μήτοι — γε ibidem vs. 508:

ὃς σ' ἐπεύχ' ἀεί,
μήτοι θυραίαν γ' οὖσαν αἰσχύνειν φίλους·

et similiter vs. 300:

ἀλλ' ἔν τοι κακοῖς
πολλή γ' ἀνάγκη.

et idem in Trachiniis v. 491:

ἀλλ' ὧδε καὶ φρονοῦμεν, ὥστε ταῦτα δρᾶν,
κοὔτοι νόσον γ' ἑπακτὸν ἐξαιρούμεθα.

et in Oedipo Rege 628:

Οἰδ. ἀρκτέον γ' ὅμως.
Κρέ. οὗτοι κακῶς γ' ἄρχοντος.

et ibidem vs. 845:

εἰ δ' οὖν τι κἀκτρέποιτο τοῦ πρόσθεν λόγου,

οὗτοι ποτ', ὦναξ, τόν γε Λαΐου φόνον
φανεῖ δικαίως ὀρθόν.

et ibidem καίτοι — γε 848:

καίτοι νιν οὐ κεῖνός γ' ὁ δύστηνός ποτε
κατέκταν',

idem Oedipo Col. 656:

οὗτοι σφ' ὑφ' ὅρκου γ' ὡς κακὸν πιστώσομαι.

et μήτοι — γε in Ajace 467:

πεῖρά τις ζητητέα
τοιάδ', ἀφ' ἧς γέροντι δηλώσω πατρὶ
μήτοι φύσιν γ' ἄσπλαγχνος ἐκ κείνου γεγώς.

Cf. etiam Lobeck. ad Phryn. p. 342 et Matthiaeum in Gr. p. 1232, nam Vigerum Hermannianum nunc ipsum ad manus non habeo. Sic ergo satis, opinor, ostensum est, recte se habere hanc illarum particularum junctionem. Sed quid hic significant? Eam profecto Jolai responsionem ego non dixerim aptissimam, si, postquam Copreus superbe dixit, Quid? tune tam invalidus senex ut mihi tam valido viro resistas?, ille velit respondere: Profecto neque me neque hos abduces. Imo sive versu 63 verba τῇδε χερί cum Elmslejo ad Bacchas vs. 619 ad Copreum, sive ad Jolaum referas, ut aut dicat: vin tu huic meae manui (tam validae) negotia facessere? aut etiam: vin tu ista tua (tam invalida) manu negotia mihi facessere? utrovis, inquam, velis modo ista verba explicare, utique Jolao respondendum erit, quia in utraque ratione is sensus inest, invalidiorem esse senem, quam qui possit resistere Copreo: at enim vero, ut invalidus sim ego, certe tamen tu vi quidem nos hinc non abduces. Sic autem loquitur Jolaus firmo Atheniensium, quod sibi futurum sperat, praesidio fretus. Hanc meam explicandi rationem veram esse, optime perspicitur ex illo Electrae Euripideae loco: καὶ γὰρ εἰ πένης ἔφυν, οὔτοι τό γ' ἦθος δυσγενὲς παρέξομαι. Sic hic est: καὶ εἰ ἀσθενὴς ἐγώ εἰμι, οὔτοι βίᾳ γε ἡμᾶς ἄξεις. Nam τοί particulae proprium videtur esse, non nisi cum oppositionis aliqua specie affirmare. Simile accidit nostro bodh, quod sic majore vocis intentione notatur et prae ceteris verbis insignitur. Similiter infra vs. 267. affirmative est:

ἄξω γε μέντοι τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ λαβών.

id est, „nihilo minus tamen ego meos hinc abducam.“ Est ergo vernacule et latine sic fere interpretandum:

Κοπρ. βούλει πόνον μοι τῇδε προσθεῖναι χερί;
Ἰόλ. οὔτοι βίᾳ γέ μ' οὐδὲ τούσδ' ἄξεις λαβών.

K. Willſt Du mir Mühe machen mit ſo ſchwachem Arm?
J. Du ſchleppſt uns doch gewaltſam ſicherlich nicht fort.
C. Vis tu molestus esse min' ista manu?
I. Neque hinc tamen nos, crede certo, vi trahes.

Denique quum hoc aliisque locis dictum invenisset οὔτοι — οὐδέ, aliis etiam οὔτοι — οὔτε, id posterius Elmslejus et prius jam et iterum ad Med. vs. 4 soloecum dixit, quem contra rectissime Hermannus explicatius ad eundem illum Medeae locum, brevius rursum ad Soph. Aj. 423 egit. Pertinet haec dubitatio ad illam diu multumque tractatam et retractatam, utrum etiam οὐ — οὔτε possit dici, an debeat semper οὐ — οὐδέ tantum. Potest sine dubio utrumque suis locis. Sed nos hic eam rem, quum partim longioris egeat disputationis, quam quae his programmatis finibus conveniat, partim vero ab Hermanno primum et deinde post Hermannum et secundum Hermannum ab aliis quoque ita sit via et ratione de ea agi coeptum, ut de principiis certe nihil videatur jam reliquum esse dubitationis, missam faciamus. Illud tantum, quod et in hac et in aliis hujusmodi compluribus subtili cura indagandis quaestionibus permultum valere ad perspicuitatem non minus quam ad veritatem credimus, definitius vellemus animadversum, esse, ubi minima duntaxat sententiae discrepantia utrumque recte possit scribi, esse, ubi alterutrum modo liceat. In hunc autem locum non recte Blomfieldius οὔτοι — οὔτε illatum ivit, nam non aut Jolaum aut Heraclidas volebat abducere Copreus, sed simul utrosque, quae ipsa est caussa, cur non debeat cum Reisigio ἐμέ intrudi; οὔτε ἐμέ, οὔτε τούσδε enim ad personas spectaret, easque in duas partes divideret, οὔ με ἄξεις οὐδὲ τούσδε ad totam enuntiationem id est verbum pertinet illamque dupliciter ideoque fortius negat nec disjunctis tamen personis, ac si in ea disjunctione vis loci versaretur. —

Quam deinde ad vs. 77. Elmslej. de formis πίτνω vel πιτνῶ litem movit, eam recte videtur Hermannus impugnasse, neque ego post hunc quicquam nunc de ea lite dicerem, nisi Hermannum viderem concessisse Elmslejo, quod non erat concedendum. Nec leve hoc debet videri, quandoquidem falso posita aliqua re necessario falsa sunt, quae inde efficiuntur. Potuit sane etiam πίτνω esse, ut est δάκνω, sed errabat prorsus Elmslejus, quum πίπτω et πίτνω formas non aliter habere poneret, quam μένω et μίμνω. De quibus Hermannus „esto, inquit, quemadmodum μίμνω ad μένω, sic πίτνω se habere ad πίτω. Hoc enim, non πίπτω commemorandum erat. Quid inde sequitur? Nihil aliud, quam non repugnare analogiam.“ At enim vero repugnat maximopere. Nam nihil prorsus commune habent illa verba inter sese. In verbo πίτνω enim, si hoc esset, νω terminationis esset, quod non est in μίμνω. Μίμνω enim factum est ex μιμίνω per syncopen, prorsus ut πίπτω ex πιπίτω et alia multa. Quae maxima est differentia. —

V. 103. „ἀπολιπεῖν cum Seidlero ad Troades 176 scripsi metri gratia pro ἀπολείπειν. Sensum bene declaravit Hermannus, „nec vi coactum ab aris recedere, id est,

non facere, ut te vi repelli necesse sit.“ Ita Matthiaeus. Mihi vero hic non videtur sensus esse. Apertum est enim, chorum hoc potius dicere: „neque violenta manu deorum aras relinquere.“ Hoc enim versu chorus et Copreum admonet de scelere et se simul defendit, verendos esse supplices, ergo non posse se eo nomine reprobari a rege. Etenim dicit chorus et vero debet dicere adversus Coprei minas, non esse regem illorum probaturum, quod se prohiberent, quominus abducat Heraclidas: Frustra minitaris, hospes, oportet enim deorum supplices vereri neque vi abducere ab his Jovis aris, ad quas consederunt. Id quod apertissime intelligitur ex Coprei responsione vs. 106 et ex vs. 112:

Χορ. εἰκὸς θεῶν ἱκτῆρας αἰδεῖσθαι, ξένε,
χρὴ μὴ βιαίῳ χειρὶ
δαιμόνων ἀπολιπεῖν σ' ἕδη·
πότνια γὰρ Δίκα τάδ' οὐ πείσεται.
Κοπρ. ἔκπεμπέ νυν γῆς τούσδε τοὺς Εὐρυσθέως,
κοὐδὲν βιαίῳ τῇδε χρήσομαι χερί.

id est: Fremdling, es ſind zu achten Götterſchützlinge,
Nicht darfſt gewaltthätigen
Armes du gehen vom Götterſitz;
Denn dies duldet nicht heh're Gerechtigkeit.
Kopr. So lieſ're denn, die des Eurystheus ſind, mir aus,
Und nicht werd' ich gewaltſam brauchen dieſen Arm.

et latine: Vereri oportet, hospes, arae supplices,
Nec te feroci manu
Linquere est deorum focos;
Non patietur hoc Justitiae numen.
Copr. Hinc igitur istos pelle (sunt Eurysthei),
Neque unquam ego manus feroces inferam.

Quoad numeros, quibus ego haec vernacule latineque reddidi, sciendum est, me etiam vs. 102 pro dochmiaco habere cum basi jambica sed eo, quia ab jambico ad dochmiacos transitur, liberiore jambicique similiore. Ita alter basim habet creticam. Nam aut nunquam aut raro tragici ab altero versuum genere ad alterum subito praecipitesque perveniunt. Nec brevis in fine syllaba, credo, peccat in versibus non systemate procedentibus sed basi disjunctis. Sed hoc strictim. Dicebam autem, meae explicationis veritatem probari etiam versu 112: ἀλλὰ μὴ βίᾳ ξένους θεῶν ἀφέλκειν. Cum toto hoc loco digna sunt quae comparentur, quae leguntur apud Sophoclem in Oedipo Colon. inde a versu 826 H. —

V. 107. Etsi recte Elmslejus suam de hoc loco annotationem postea reprobavit ipse, bene tamen vereque hoc senserat, displicere sic „negligere supplicem hospitum supplicationem," Nimis profecto hoc friget et languet, postquam vehementius dixit Copreus ἐκπεμπε τούσδε γῆς. Recte sane postulamus verbum similis significatus, atque est ἐκπέμπειν. Conferendusque est Elmslejus ipse infra ad vs. 257. Ξένων προστροπάν autem sic dictum ex more tragicis haud inusitato pro eo, quod esse debebat, ξένοις προστροπαίους. Postulanti ergo Copreo, ex urbe pellerent Heraclidas, si nollent vi se contra illos uti, respondent

ἄδικον ἱκεσίαν μεθεῖναι πόλει
ξένων προστροπάν.
Sünde für unsre Stadt wär's, zu verstoßen Schutz-
suchende Fremdlinge.
Urbe piaculum est mittere supplices
preces hospitum. —

His tum vs. 109 respondet Copreus:

καλὸν δέ γ' ἔζω πραγμάτων ἔχειν τόδε.

Locum hic de δέ γε particularum sensu et usu sed breviter tantum tangam ac velut primis lineis designabo, quoniam tota sat spinosa quaestio pro his, quibus circumdor, cancellis multo est longior. Credo autem ego, ne nunc quidem post tot egregias virorum graece intelligentissimorum disputationes eam rem singulatim certe prorsus esse dilucidatam. Nam generatim sane non nego. Dixerunt de ea Hermannus saepius, Porsonus ad Orest. 1234 et ad Medeae locum, qui mox afferetur, Elmslejus ad Med. 800 et in praefatione ad scholia antiqua in Sophoclis Oed. Reg. p. XXII ad vs. 1030, Reisigius ad Oed Col. vs. 1534 p. 379 sq., Matthiaeus ad Bacchas 947. Ac mihi quidem, ut ratione et ordine ad veritatem pergatur enucleandam, tria videntur harum particularum genera esse probe distinguenda, ut primum quidem inquiratur de iis proxime neque ulla alia voce interposita junctis, deinde vero aut uno aut pluribus etiam vocabulis intercedentibus, ac denique de οὐδέ γε & μηδέ γε. Tum vero illud quoque accedit discrimen, quod non augendo solum sed etiam minuendo restringit γέ. Ac vel hoc nomine non sufficit Reisigius, quum harum particularum rationem eam esse ait, „ut aliquid adaugeant adversando." Haec discrimina non curare, id vero est susque deque habere omnia non sine ullo litterarum incommodo, nec prius mea opinione recte ad demonstrandas rerum inter se similium cognationes itur, quam diligenter ante expositis singularum singularibus proprietatibus. Ex istis vero tribus generibus ego secundum hujus Heraclidarum versus opportunitatem hoc mihi sumo nunc, quod est de δέ γε particulis proxime junctis. Ac prius quidem exempla pono. Atque sic est in Euripidis Orest. 1234 Pors.:

ΟΡ. ἔκτεινα μητέρ'. ΠΥΛ. ἠψάμην δ' ἐγὼ ξίφους.
ΗΛ. ἐγὼ δέ γ' ἐπεκέλευσα κἀπέλυσ' ὄκνου.

Cui loco simillimus est item Eurip. Electr. 1225 M.:

ἐγὼ δέ γ' ἐπεκέλευσά σοι
ξίφους τ' ἐφηψάμαν ἅμα.

quibus respondet Electra Orestae vs. 1222 sqq. dicenti: ἐγὼ μὲν κατηξάμαν ματέρος ἔσω δέρας μεθείς. — In Phoenissis 615 M.:

Ἐτεοκλ. ἔξιθι χθονός.
Πολυν. ἔξιμ' ἔν· πατέρα δέ γέ μοι δὸς εἰσιδεῖν.

Sic est in Sophoclis Ajace 1129 H.:

ἐγὼ δέ γ' ἄνδρ' ὄπωπα μυρίας πλέων.

quibus verbis respondet Teucer Menelao, qui orationem suam adversus illum vs. 1121 ita erat exorsus:

ἤδη ποτ' εἶδον ἄνδρ' ἐγὼ γλώσσῃ θρασύν.

Recte etiam apud eundem ediderunt Oed. R. 569 H.:

Κρέ. οὐκ οἶδ'· ἐφ' οἷς γὰρ μὴ φρονῶ, σιγᾶν φιλῶ.
Οἰδ. τόσον δέ γ' ὀίσθα, κἀμὲ λέγοις ἂν εὖ φρονῶν.

In Euripidis Andromache est 575 M.:

Μεν. εἶλέν νιν αἰχμάλωτον ἐκ Τροίας ἐγώ.
Πηλ. σύμβδ δέ γ' αὐτὴν ἔλαβε παῖς παισὶν γέρας.

Et ibidem in Hercule furente 1230 H.:

Θησ. κλαίω χάριν σὴν ἐφ' ἑτέραισι συμφοραῖς.
Ἡρακλ. εὕρες δέ γ' ἄλλους ἐν κακοῖσι μείζοσιν;
Θησ. ἅπτει κάτωθεν οὐρανοῦ δυσπραξία.

Et in Electra iterum 1141 Seidl.:

τοσήνδ' ἐγώ
δώσω χάριν σοι, σὺ δέ γ' ἐμοὶ δίκην πατρός.

Non aliter est apud Aristophanem in Equitibus 356 sqq. Dind.:

ἐγὼ δέ γ' ἤνυστρον βοὸς καὶ κοιλίαν ὑείαν
καταβροχθίσας — λαρυγγιῶ τοὺς ῥήτορας.

Denique ascribo Euripidis Bacchas 947 M.:

οὐ γὰρ ἐξ αἵματος γυναικῶν ἔφυ·
λεαίνας δέ γέ τινος ἢ Γοργόνων
Λιβυσσᾶν γένος.

Hunc locum postremum ascripsi propterea, quod de eo dubitatur. Sed quamvis ibi facilis sit et elegans Hermanni ex Palatino Cod. emendatio: λεαίνας δέ τινος ὅδ' ἦ Γ., at non probanda tamen videtur. Sed hos jam partim a me ipso partim ab aliis notatos atticorum poetarum locos ad probandam lectoribus meam de ea re sententiam attulisse satis habeo. Ego enim in istis omnibus δέ γε particulas revera jungi nego ajens prorsus solito Graecis modo per δέ eam enuntiationem, in qua sunt illae, oppositione jungi cum ea, quae praecessit, ad quam refertur haec, γέ autem, ut sexcenties, ad unam aliquam ejus ipsius enuntiationis vocem pertinere eamque suo modo afficere sic, ut apud nos, quae nunc est nostrae linguae, si cum graeca comparaveris, penuria particularum, quae quidem sic vulgo in usu sunt nunc loquentium, non possit ejus vis reddi nisi sola vocis intentione vel aliis ejusmodi artibus, quae extra linguae potestatem sunt positae. Sic illud toties recurrens ἐγὼ δέ γε nihil valet aliud, quam ἔγωγε δέ. Verum id esse, luculentissime docet Sophocles in Oedipo Colon. vs. 839 H.:

Χορ. χαλᾷν λέγω σοι. Κρέ. σοὶ δ' ἔγωγ' ἐξοιπορεῖν.

Sic illud in Phoenissis πατέρα δέ γέ μοι δὸς εἰσιδεῖν vernacule est: ich gehe, aber laß mich erſt meinen Vater ſehn, et in Bacchis, er iſt nicht von einem Weibe geboren, ſondern von einer Löwin oder von den libyſchen Gorgonen. Sic in Sophoclis Oed. Reg. τόσον δέ γ' οἶδα est pro οἶδα δὲ τόσον γε, et sic similiter in ceteris. Verum quum in hujusmodi contra positis non una tantum sed duae res contra ponantur, illud γέ non tantum ad personam potest apponi, sed etiam ad rem, qui alter usus plerumque valet in iis locis, in quibus γέ ab δέ est sejunctum, veluti, ut unum certe alterumque ex multis exemplum afferam, quod certo rem demonstret, legitur apud Euripidem in Bacchis vs. 483 H.:

Πενθ. δίκην σε δοῦναι δεῖ σοφισμάτων κακῶν.

Διόν. σὲ δ' ἀμαθίας γε κἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν.

id est, Du aber für Deine Dummheit, atque clarius etiam 498:

Διόν. αὐθῶ με μὴ δεῖν σωφρονῶν οὐ σώφρονα.

Πενθ. ἐγὼ δὲ δεῖν γε κυριώτερος σέθεν.

id est, ich ſage euch, ihr ſollt mich nicht binden; ich aber ſage, ſie ſollen Dich binden. Eodem pertinet illud, quod in oratione maximeque apud Platonem tam saepe est, veluti in Phaedro p. q. v. 12, Bekk.: σὺ δέ γε, ὦ θαυμάσιε, ἀτοπώτατός τις φαίνει κ. τ. λ. id est vernacule, Du biſt mir ein Narr, biſt hier in dieſer Stadt zu Hauſe, und kennſt ihre Umgebungen nicht. et in Protagora p. 207, 13: τὸν δέ γε Πιττακόν, ἦν δ' ἐγώ, μέμφεται, den Pittakos aber tadelt er. Maxime deinde fructuosa est etiam hujus apud Herodotum VII, 103 loci comparatio: καίτοι, εἰ τὸ πολιτικὸν ὑμῖν πᾶν ἐστι τοιοῦτον, οἷον σὺ διαιρέεις, σέ γε, τὸν κείνων βασιλέα, πρέπει πρὸς τὸ διπλήσιον ἀντιτάσσεσθαι κατὰ νόμους τοὺς ὑμετέρους· εἰ γὰρ κείνων ἕκαστος δίκα ἀνδρῶν τῆς στρατιῆς τῆς ἐμῆς ἀντάξιός ἐστι, σὲ δέ γε δίζημαι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον. Quod est apud Pausaniam 7, 2, 11 extr. Μυουσίοις δέ γε κατέλαβεν

ἐοικότα καὶ Ἀταρνεῖτας παθεῖν τοὺς ὑπὸ Περγάμου, explicandum videtur κατέλαβεν δὲ καὶ Ἀταρνεῖτας παθεῖν ἐοικότα γε Μυουσίοις. — Sic denique explicatur etiam προσληπτικὸς ille a Stoicis nominatus harum particularum usus, cujus ex Apollonio Dyscolo in Bekkeri Anecdotis II, p. 518, 7 sqq. mentionem fecit Reisigius, εἰ ἡμέρα ἔστι, φῶς ἔστιν· ἡμέρα δέ γε ἔστιν, in quo non γέ assumit, sed solum δέ, γέ autem valet ad corroborandam verbi substantivi vim, ἔστι γε, nun iſt's aber Tag. — Apprime autem ad totam rem explicandam facit Euripides in Andromache vs. 237 M.:

Ἀνδρ. Νέα πέφυκας καὶ λέγεις αἰσχρῶν πέρι.

Ἑρμ. Σὺ δ' οὐ λέγεις γε, δρᾷς δέ μ', εἰς ὅσον δύνῃ.

Atque ad hujus loci exemplum Elmslejus in ea narratiuncula, quam Porsonus attulerat ex Plutarcho de Fortuna Alexandri II, p. 334. B.: Ἀρχελάῳ δὲ δοκοῦντι γλισχροτέρῳ περὶ τὰς δωρεὰς εἶναι Τιμόθεος ἅδων ἐσήμαινε πολλάκις τουτὶ τὸ σκωμμάτιον, Σὺ δὴ τὸν γηγενέταν ἄργυρον αἰνεῖς, ὁ δὲ Ἀρχέλαος οὐκ ἀμούσως ἀντισυνεφώνησε, Σὺ δέ γε αἰτεῖς, non debuit addere: „Id est, ἐγὼ μὲν αἰνῶ, σὺ δὲ αἰτεῖς, sed ita explicare: σὺ δ' οὐκ αἰνεῖς γε, αἰτεῖς δέ, id quod multo est urbanius et dicacius dictum. Ceterum pertinet hic omnis locus ad illam olim multum tractatam quaestionem, utrum posset γέ particula ab ea voce secerni, ad quam referenda esset, an non posset. Atqui has vocabulorum, quibus proxime junctis opus erat, separationes particulis maxime factas admodum Graecis omnibus placuisse, res hodie est in vulgus nota. Quod autem Reisigius ait, „identidem has particulas esse obscuratas atque obliteratas, easdemque a nonnullis esse alienas locis," hujus rei ego quoque tria affero exempla. Namque male Brunckius apud Apollonium Rhodium IV, 435 pro

ἢ δ' ὅτε κηρύκεσσιν ἐπεξυνώσατο μύθους κ. τ. λ.

ex A. & E. Codd. suis, qui non optimae sunt notae, edidit: ἢ δέ γε κηρ., quod non dubium potest esse cuiquam quin sit correctio nexum orationis non intelligentis critici veteris. Est vero notissima in his ἀνακολουθία, apodosis enim incipit a vs. 442:

τοῖα παραιφαμένη θελκτήρια φάρμακ' ἔπασσεν κ. τ. λ.

ubi per participium forma orationis est mutata propterea, quod longior verborum complexio praecessit. Qua praeterea alia stribligine laborat hic locus, de ea consulas Gerhardi Lectiones Apollonianas p. 35 sqq. Δέ γε particularum conjunctio ab epicis, si bene memini, aliena est. Deinde apud Quintum Smyrnaeum IV, 277:

ἅς ποτ' Ἀχιλλεὺς

λῃσατ' ἐκ Λέσβοιο· νόον δέ γ' ἐτέρπετο τῇσι.

δέ γε ferri non posse, vidit jam dudum Hermannus, qui ad Orphica p. 696 scribendum suadet δέ τε, ego vero e Cod. Vindobonens. I. δ' ἐπετέρπετο corrigere malim, quo verbo delectatur Quintus, cf. I, 730. II, 436. IV, 141. VII, 324. VIII, 191. 289. 334. 425.

IX, 106. 324 513. XI, 177. XIV, 463. Denique vitiose scriptas illas judico apud eundem Quintum Smyrnaeum XII, 293: πόνον δέ γε μέσσον ἔλασσαν, ubi scribendum videtur: πόνον δ' ἐς μέσσον ἔλασσαν secundum Homerum in Iliad. δ, 299: κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασαν, et ψ, 704:

ἀνδρὶ δὲ νικηθέντι γυναῖκ' ἐς μέσσον ἔδηκεν.

Sed satis jam sit verborum de hac quaestione. Nostro autem loco verba:

καλὸν δέ γ' ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα

ita interpretor latine et vernacule:

Vacuum sed a periclo habere pedem juvat.

Schön aber iſt's, von böſem Spiele fern zu ſein.

Ceterum, ut in graecis Euripidis verbis significatur tantum ex parte proverbium: ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχειν, quo de Elmslejus agit in annotatione sua ad hunc locum, quod cum latino: pedem luto evellere (vid. Horat. Sat. II, 7, 27) comparat Erasmus in Adagiis p. 746 edit. Francofurt. a. 1656, quum ab cothurni gravitate abhorrere illud credidisse videatur Euripides, ita idem illud ego facere studui in interpretatione mea vernacula. —

Vs. 163 quum ita olim legeretur:

Τιρυνθίοις θῆς πόλεμον Ἀργείοις ἔχειν

Elmslejus eum ita mutavit: Τιρυνθίας γῆς κ. τ. λ. Matthiaeus vero ita maluit edere:

Τιρυνθίοις θεὶς πόλεμον Ἀργείοις τ' ἔχειν.

Eumque secutus est Dindorfius. In qua scriptura illud quidem recte credo fecisse Matthiaeum, quod pro communi librorum omnium lectione θῆς facillima aut dicam nulla prorsus mutatione θείς edidit, sed dupliciter tamen simul errasse videtur, tum quod Elmslejum dicentem fecit, quod non dixit ille, id quod saepiuscule accidit Matthiaeo, tum vero quod invito Euripide τε' post Ἀργείοις intrusit. Nam Elmslejus quidem non junxit verba: πόλεμον γῆς, sed potius, etsi nescio quo id modo intellectum voluerit, πεδία γῆς. Illud τε' autem Matthiaeanum necessarium non fuisse, docet locus ille, quem ex Ephippi Busiride apud Athenaeum X, p. 442. D. attulit idem Elmslejus:

Οὐκ οἶσθά μ' ὄντα, πρὸς θεῶν, Τιρύνθιον

Ἀργεῖον, οἳ μεθύοντες ἀεὶ τὰς μάχας

πάσας μάχονται;

Atque Τιρυνθίους Ἀργείους ego non absimili modo dictos credo graece, atque latine dicuntur Romani Quirites, Quirites Romani, Populus Romanus Quiritium, ejusque rei documentum ex historia Argiva peto. Sic affertur ab Hesychio similiter Τιρύνθιον Ἄργος. — Duo autem participia etiam sine copula jungi posse, quod non creditum olim quibusdam, recte jam ante me exemplis est demonstratum, veluti

ab Eustathio ad Homer. Iliad. ζ, 38 sqq., ab Heindorfio ad Platonis Protagor. p. 562, Hermanno ad Sophoclis Oed. Colon. vs. 172. Stallbaumio ad Platon. Euthyphr. p. 27, Matthiaeo Gr. Gr. §. 557, 3. Quibus ego quoque nonnulla addo exempla. Homer. Il. γ. 22 sqq.:

Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησεν Ἀρηΐφιλος Μενέλαος
ἐρχόμενον προπάροιθεν ὁμίλου μακρὰ βιβῶντα,
ὥστε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας,
εὑρὼν ἢ ἔλαφον κεραὸν ἢ ἄγριον αἶγα,
πεινάων· κ. τ. λ.

et ibidem paulo post 46 sqq.:

ἢ τοιόσδε ἐὼν ἐν ποντοπόροισι νέεσσιν
πόντον ἐπιπλώσας ἐτάρους ἐρίπρας ἀγείρας,
μιχθεὶς ἀλλοδαποῖσι γυναῖκ' εὐειδέ' ἀνῆγες.

ubi μιχθείς non ad priora, sed ad posterius ἀνῆγες pertinet. Et idem in Odyssea λ, 409 sqq.:

ἀλλά μοι Αἴγισθος τεύξας θανατόν τε μόρον τε
ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ οἰκόνδε καλέσσας
δειπνίσσας κ. τ. λ.

et ibidem ξ, 380:

ὅς ῥ' ἄνδρα κτείνας πολλὴν ἐπὶ γαῖαν ἀλύσθεις
ἤλυθ' ἐμὰ πρὸς δώματ' κ. τ. λ.

idemque multis aliis locis. Deinde Pindarus Ol. I, 110 sq. Böckh.:

εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι,
